



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Ad Devm Precacatio Pro Ecclesia sancta Catholica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

AD DEVM PRECA-
catio pro Ecclesia fan-
cta Catholica.

EST unum corpus uarijs Ecclesia terris,
Per Christum miris consociata modis:
Qui caput illius, nos uiuida membra uocamur,
Quos eadem casto iungit amore fides.
O caput, o nostræ reparator Christe salutis,
Quem dominū nouit Christiadum ora suum:
Qui quodcunq; uoles uel nutu perficis ipso,
Cuius ut hæc rerum est machina tota manu:
Collige nos uarijs sparsos tot sensibus, unū
Quos hic diuersos Vis inimica facit.
Fac, ut qui loti sacra baptismatis unda,
Ac per te geniti, turba nouata sumus,
Concordes uerè corpus coeamus in unum,
Cælitus unitum cuius es ipse caput.
Ceu propria humanam reparasti morte salutē,
Deniq; & immensi totius orbis opus:
Sic eadem nobis Da sit doctrina fidesq;
Grataq; plebs celebret nomen in orbe tuum.
Tot fluctus passim, rapidas tot uerte procellas,
Hæc tua queis uariè uoluitur ipsa ratis.
Naufragiū siquidē præsens minitatur et urget,
Et prope iam seuis præda rotamur aquis.

Vlla nec vires hominum, sapientia nulla,
Iam nec opes poterunt ferre salutis opem.
Hos rerum fluctus, tempestatesq; malignas
Sola serenabunt lumina, Christe, tua.

ALIA PRECATIVNCULA
pro pace.

Omnipotens eterne Deus, rerumq; creator,
Qui mare, qui terras, summaq; regna tenes:
Huc oculos aduerte tuos, auresq; benignas,
Et clemens populi suscipe uota tui.
Temporibus, qua sunt longè tristissima, nostris
Pacis, te petimus, munera redde tua:
Per Christum, uera quem uoce fatemur, Iesum,
Tecum cum sacro Flamine Numen idem.

SEBASTIANVS
SOLIDVS scripsit
7. calend. Maias, Anno
Christi, 1556.